



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

31. An qui transiit ad aliam Religionem, possit secum deferre scripta, vel  
libros à se compositos? Ex p. 3. t. 2. r. 63.
- 

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](#)

voto paupertatis, Tertiò verba Concilij non damnant  
tale peculium, ut constat apud Sanchez, & Cenedo ubi  
suprà: ergo, &c.

Sup. hoc in  
Ref. seq.

3. Ex his patet, non esse damnandam illarum Religionum conuentudinem, in quibus Religiosi habent alignatos certos annuos redditus ad vietum, & vestitum, ita ut si deest aliquid, ipsi querantur; si autem superest licentiam habet applicandi honestis vobis, & hoc cum dependentia ad nutrum, & voluntatem Superiorum, & dummodo tale peculium, & anni redditus sint moderati, & non superflui; sed ad statum Religiosi habentis peculium necessarii. Dixi, ad statum Religionis, &c. quia peculium aliquid potest esse superfluum vni, & non alteri; quare qualitas personarum, conditionis, loci, & aliarum circumstantiarum ad hanc status decenniam attendenda erit. Vnde aliquando non erunt condemnandi multi Religiosi, amplissimos redditus possidentes, quia ratione personae pluribus egerunt; utpote, quia Prelatus, quia Magister Ordinis. Secundo, quando Regula esset relaxata, & paupertas ex modo intellecta, & praevalueret consuetudo. Tertiò, quando pars illorum redditum applicatur in bonum ipsius Monasterii, & Religionis, seu Monialium pauperum ipsius Conuentus, antialiorum pauperum; cetera vero in licitos ipsius Religionis vobis. Quarto, quando Religiosus ille sua industria comparauit Monasterio; & id est aquum est, ut plura sibi concedantur in elemosynas, & alios honestos vobis, &c.

4. Restat modo respondere ad argumenta in contrarium adducta. Ad primum, de verbis Concilii, vindendus est Sanchez, & Cenedo ubi supra declarantes, illa verba Concilii prohibetur tam peculia superflua, & non licita, & independentia a voluntate Superiorum. Nec valet dicere, quod erat secundum argumentum, quod illa verbi Concilii in contrario fuerunt interpretata ab Illustriss. Cardinali Congregatione: nam respondeo, de illa declaratione authenticè non constare. Deinde aliqui DD. assertur \* declarations Cardinalium esse tantum doctrinales, & in iis penul. non esse necessariò standum illis. Ita docent Sanchez signante in tom. 6, tr. 1. Ref. 21 §. ante mediū, punct. 8, num. 4. Villalobos in tom. tract. 2. diffic. 7. §. Nec obstat, & pro parte in eius principio & rer. iurisdictio, diff. 4. num. 2. cum aliis ibi laet in Ref. 22, 23. & in alio §. carum notationam.

\* Sup. hoc & contorno non esse necessariò standum illis. Ita docent Sanchez signante in tom. 1. de Sacram. Penit. cap. 3. diffic. 1. fol. 1. Ref. 21 §. ante mediū, punct. 8, num. 4. Villalobos in tom. tract. 2. diffic. 7. num. 5. Ioan. Valerus in suis differ. virisque fori, verb. absolutio, differ. 1. num. 2c. ver. nullitas, differ. 5. num. 2. & rer. iurisdictio, diff. 4. num. 2. cum aliis aduersus Salas de leg. quest. 97. tract. 14. diff. 21. sect. 12. Rodriguez in qq. regal tom. 1. quest. 11. art. 1. & 2. Garsiam de beneficiis, tom. 1. in Prefatione. Gambatupt in tract. de cas. refer. cap. 3. num. 6. Lazarium tract. de blasphemia, quest. 97. num. 39. Mirandam in Man. Prel. tom. 2. quest. 26. art. 11. Narbonam de appellatione à Vicario ad Episc. p. 1. n. 189. Homobonus in exam. Ecol. part. 1. tr. 1. cap. 6. q. 29. & alios docentes, supradictas declarationes non esse tantum doctrinales sed etiam decisivas. Sed nos de hoc alibi.

Quae nunc Vide sup. Refol. 19.  
hanc sequitur.

### RESOL. XXIX.

An Religiosus de annuis redditibus ex Superioris licentia ad vim suum concessis sine aliqua restrictione, possit liberè parce vinendo alios donare? Ex p. 1. tr. 6. Refol. 19.

Sup. hoc in §. 1. **M**inime videtur ex textu huius Bullæ, vbi Rel. præterita §. Ex his, sed leg. eam per totam.

**M**inime videtur ex textu huius Bullæ, vbi summus Pontifex solum concedit Religiosis largiti munuscula. Et ita tenet Aзорius in terminis nostris Bullæ par. 1. lib. 1. 2. c. 9. q. 6. Faust. in thes.

Religion. lib. 8. q. 15. 4. n. 3. & Sanch. in summ. tom. 2. lib. 7. c. 19. n. 10. 5.

2. Sed affirmatiuam sententiam probabilem esse iudico, cum licentia, saltem tacita, sui Superioris, Ex ratio est: quia haec Bulla prohibet tantum largitiones munierum, ex quibus graria incommoda, & mala Monasteriis inferuntur: sed donatio eorum, quæ Religiosi, parcii viuendo, reseruant, non affert nullum damnum infest Monasterio, vt patet: ergo, &c. Probatur minor: nam in tali donatione Religiosus nullum damnum infest Monasterio, sed genio suo, & venti, & decentie sua persona, cui haec detrahit, & parce viuendo auferit. Ideo ex hac opinione datur occasio Religionis, vt liberius frugalitatem, & moderato sumptu assuecant, dum sciunt, ea, quia de sibi necellus detrahunt, posse licite parentibus, & aliis de beneris meritis donare, & in aliis licite operibus expendere. Et ita hanc sententiam in terminis nostis Bullæ sufficit, & docet Ludovicus Beia in resp[on]s[u] cas. cons. p. 4. cas. 2. Hieronym. Cenedo de paupert. Relig. ab. 32. num. 9. & 15. & dub. 17. num. 9. Ioan. Valer. in diff. virisque fori, verb. munera, num. 7. 3. qui addit aliam rationem: nam, ut diximus supra, in ista Constitutione non redditum illicita illa largitio munierum, quæ ante ipsam erat licita: sed largitiones munierum à Religionis, qui parcii viuebant, ante hinc constitutionem erant licite: ergo erunt & modò. Ex quibus appetet, me rectè olim consuleuisse cuidam Religioso, extra Claustrum morant, cui certi anni redditus, sine villa restrictione, à suo Superiori assignati fuerant, potuisse sine ullo scrupulo donationes decentes facere, & aliquas elemosynas præbere.

3. Ex his appetet, quod non rectè aliqui hanc sententiam his diebus noluerunt admittere: est enim probabilis: & illam, præter DD. citatos docent etiam multi Viri docti de hac re à me consulti ex Societate Iesu, & ex nostra Religione, nouissime illam etiam docet Peirinus de Religioso subdit, tom. 1. q. 1. cap. 2. §. 6.

### RESOL. XXX.

An in hac Bulla prohibeantur donationes, quæ pars intellectus, ut Concessiones, Lettiones, & huiusmodi manucripta? Ex p. 1. tr. 6. Ref. 25.

§. 1. **R**espondeo, possit Religiosus inter se hac omnia donare sine contraventione nulli Constitutionis: & ita declarasse ipsum Clem. VIII. notauit Coriolan. tr. de cas. reser. p. 2. cas. 16. num. 19. Homobonus in exam. Ecol. part. 1. tract. 7. cap. 22. q. 100. unde Ioan. Valerus in suis diff. verb. manu. num. 106. assertur quod \* libet manucripti semper sicuti sunt Religiosi, & eos secum potest semper deferre, quocunque vadat, etiam si se transferat in aliam Religionem. Et verb. Regul. diff. 8. num. 2. docet hoc esse verum etiam nulla petitia licentia, & nullis relatis corrum copiis: & sic te vidisse testatur, quandam Religiosum doctissimum secum detulisse duos libros à se compositos, nulla ad id licentia à suo Prelato petitia, qui transitus fecerat ad Religionem Carthaginianorum.

### RESOL. XXXI.

An qui transit ad aliam Religionem, possit secum defere scripta, vel libros à se compostos? Ex pat. 1. tr. 2. Ref. 63.

§. 1. Negat.

# De Paupertate Religiosa. Ref. XXXII. &c. 263

§. 1. **N**egatiū respondent Villalobos in summ. tom. 2. tract. 35. diffc. 14. num. 5. vbi sic ait: Dize Narro, que de licencia presumpta podria llevar sus escritos de mano, que fueren inutiles a la primera Religion, quales parece que son los apuntamientos de los estudiantes, porque en este caso se puede presumir la licencia del Superior. Mas no podra llenar los papeles de importancia sin licencia del Prelado. Sic ille, & post illum Hieronymus Rodriguez in conpen. qq. Regul. refol. 12. 2. num. 8. 2. & Faustus in Theb. Rel. g. lib. 5 q. 386. num. 3. Hac opinio est probabili.

3. Sed contraria non minus probabilem etiam esse existimo, quam alibi etiam docui & tenet Ioannes Valerus in differ. viri fori, ver. Regularis, differ. 8. & legation. n. 2. nisi scripte sint omnino correcta per Authorem, & Domus transiens velit illa typis maius dare, vide at Valerus: Vidi quemdam Religiosum doctissimum secum detulisse duos libros a se compositos, nulla ad id licentia a suo Prelato petita, qui Religiosus erat ex Societate IESV, & transitum fecerat ad nostrum. Ita Valerus.

## RESOL. XXXII.

An si Religiosus largiatur munera alteri Religioso, incidat in panas huius Bulla? Ex part. 1. tract. 6. Refol. 18.

In hoc in §. 1. Videlur respondendum affirmatiū: quia in hac Constitutione prohibentur largitiones munierum inter ipsos Religiosos; & ita tenet Barthol. à S. Fausto in theb. lib. 8. q. 209. n. 2. & Paulinus Berti in explic. huius Bulla p. 1. fol. 414. col. 2.

2. Sed ego pato, quod si aliqua ambitione in Religiosis non praesumitur, largitio munierum inter ipsos non est prohibita. Et colligitur aperte ex verbis Bullæ, ibi: Ne prava ambitione impuls. Vnde Religiosus qui alteri Religioso præberet munera, sine vilo ambitionis intento, non includeretur sub hac prohibitione; nam, vt diximus, haec prohibito fundatur in presumptione ambitionis: vnde, si ea cesseret, cessabit etiam prohibito, saltem in foro conscientiaelex enim fundata in presumptione, non obligat in conscientia, si presumptione deficit. Et ita in terminis nostræ Bullæ relolut hoc quæsumus Ioan. Valerus in differ. utriusque fori verb. munera. n. 8. 2. Vide infra Refol. 3. 3.

## RESOL. XXXIII.

An si in aliquo speciali casu Religiosus largiendo munera nec dissiperet bona Religionis, nec rale domini villa fuerit ambitionis occasio, incidaret in panas huius Bullæ?

Et explanatur, quod quando cesserat finis ad aquatum legis in particulari, cesserat obligatio legis. Ex part. 1. tr. 6. Refol. 3. 3.

§. 1. R espondeo negatiū quidquid in contrarium aliterat Faustus in theb. Relig. lib. 8. q. 209. & Paulinus Berti in explicat, huius Bull. part. 1. principali. Et ita docet Granado in part. 2. contr. 7. tr. 3. part. 2. diff. 1. 5. fecl. 3. num. 18. quia finis Constitutionis pontificie fuit, tollere occasionem ambitionis, & dilapidationis bonorum: sed in nostro casu cesserat ratio, finis legis: ergo lex non obligat.

2. Sed quia codex rarus est ponam per extensum verba Granadi, qui ita aliterit: [ Liceat leges condantur propter bonum commune, adhuc ex obligant

etiam singulos subditos in particulari, & in singulis habent vim ex rationes, propter quas conduntur. Unde, quando in aliquo particulari cessant, cessat quoque legum obligatio: v. g. lex non largiendi munera, quam Clemens VIII. edidit, condita fuit propter commune bonum Religionis; sed tamen singulos obligabant, & in singulis habebant vim rationes illius Constitutionis, nempe, ne dissiparetur patrimonium Christi Domini, nec esset occasio ambitionis: quare, si in aliquo speciali casu, nec Religiosus dissiparet patrimonium Christi, nec villa foret ambitionis occasio, consequenter censeretur deberet lex non obligare.] Ita ille, & ex nostris P. Megala consil. 33. n. 6. Et latius quidem probabilit: nam, vt alibi fuit probatum est,

\* Aibi lateat obligatio legis, ut præter Granado docet noster P. rionibus, que hic sunt in tom. 6. tr. 1. R. fol. 70. 71. n. 2. in Glossa, lit. O, Nauarrus tom. 4. comment. in rub. 72. & in multis aliis regul. Angelus ver. lex. n. 4. cas. 2. Sæ verb. lex. n. 2. & positis in annor. Valquez. Suarez, Sanchez, Molina, Salas, & alij, alibi Ref. 1. huius not.

## RESOL. XXXIV.

An Religiosus possit præbere aliquod munus Religioso eiusdem Monasteri?

Et an hoc etiam extendatur, non solum ad Religiosos eiusdem Monasteri, sed etiam ad alios Religiosos eiusdem tamē Religionis?

Et an res comestibiles recepta cum licentia Prælati possint dispensari in extraneos in magna quantitate, & non obstante, quod sint magni pretij? Ex p. 1. tr. 6. Refol. 3. 9.

§. 1. Negatiū responderet Coriolan de cas. referr. Sup. hoc in Refol. 3. 9. si præbeat rem notabilem, Et si quis licet velit, in qua quantitate hoc fieri licet, supradicta lege doctrinā §. 4. vlt. Refol. 2. respondeo cum Ledesma in addit. tom. 2. cap. 4. dub. 6. fol. ambi 95. vbi sic aliterit: Si un Religioso da a su compañero in Rosario, o unos cobrillos, o unos lienzos de narizes, que en dineros valdrían diez, o doce reales, no tendría escrupulo: que el Religioso los diese a otro Religioso del mismo Conuento. Lo mismo digo de otras cosas parecidas, y semejantes, que no se pueden poner a qui por ser tan menudas; como sean de este precio pocas mas, o poco menos, no ay que tener escrupulo de pecado de propiedad contra el voto de la pobreza. Ita ille qui non solum hoc extendit ad Religiosos eiusdem Monasterij, sed ad alios Religiosos, eiusdem tamē Religionis. Et hanc sententiam docet Peirinus de Relig. tom. 2. cap. 2. quaf. 2. 6. qui etiam notat, res comestibiles recepta cum licentia Prælati, possint dispensari in extraneos, in magna quantitate, & non obstante, quod sint magni pretij: quia in istis semper praesumitur licentia Prælati. Sed an haec omnia in presenti Refol. posita sint probabilia in praxi; remitto me arbitrio aliorum.

## RESOL. XXXV.

An si Religiosus det alteri Religioso eiusdem Monasterij libros, vel alia magni valoris, peccet contra votum paupertatis? Ex part. 7. tract. 11. & Misc. 2. Rel. 20.

§. 1. Ad